

Der Churer Weihbischof und Generalvikar Johannes erteilt den Besuchern der vier von ihm geweihten Altäre der Pfarrkirche St. Maria in Bendern Ablass.

Or. (A), PfarrA Bendern, U9. – Pg. 23,1/22,6 (Plica 4,1) cm. – Siegel besch., eingenäht, Siegelbeschreibung und Abb. bei Liesching/Vogt, Siegel, S. 104, Nr. 84. – Rückvermerk (17./18. Jh.): Litteræ consecrationis ecclesiæ Beneduranæ eiusque altarium et indulgentiarum 1481. – Auf einem offenbar zur vorliegenden Urkunde gehörenden Papierstreifen: In summo altari. Anno domini 1481 prima die mensis maii nos frater Johannes ordinis Minorum episcopus Tripolitanus suffraganius Curiensis consecravimus hoc altare in honore beate Marie virginis nec non sancti Lucii et Emerite et sancti Petri apostoli, cuius reliquie hic continentur. Or., PfarrA Bendern, A 27/5 – Papier 22/4,5 cm. – Verso Spuren des roten Wachssiegels.

Regest: Kaiser/Brunhart 1, S. 344. – Büchel, Urk. PfarrA Bendern, S. 94f. – Büchel, Pfarrei Bendern, S. 19f. und 29.

l¹ Nos^{a)} frater Johannes¹ ordinis Minorum^{b)} dei et apostolice sedis gratia episcopus Tripolitanus reverendi in Christo patris et domini domini Ortlieb² || l² eadem gratia^{c)} ecclesie Curiensis vicarius in pontificalibus generalis recongnoscimus per presentes etc. Sub anno domini mille- || l³ simo quadringentesimo octogesimo primo prima die mensis maii consecravimus ecclesiam beate et intemerate virginis || l⁴ Marie in Bendren³, item summum altare in honore beate Marie virginis, sancti Lucii regis et confessoris et sancte Emerite l⁵ virginis et martyris, sancti Petri apostoli et sancte Vrsule virginis et martyris et sodalium eius, altare vero in dextera l⁶ parte in honore sanctarum virginum Vrsule cum sodalibus Barbare et Katherine, Jodoci confessoris et sancti Petri apostoli, Micha- l⁷ helis archangeli et omnium angelorum, altare autem in medio ecclesie in honore sancte crucis et omnium sanctorum et sancti l⁸ Petri apostoli et altare in sinistra latere^{d)} in honore beatorum apostolorum Philippi et Iacobi, Johannis Baptiste, l⁹ Teodori confessoris et sancti Petri apostoli. Dedicacionem vero eiusdem ecclesie et altarium ponimus semper esse celebrandam l¹⁰ proxima dominica post festum sancti Bartholomei^{e)} apostoli. Et ut Christi fideles promtiores in dedicacionibus, in patrociniis, l¹¹ in festo nativitatis Christi, circumcisionis, epiphanie, palmarum, in cena domini, parasceves, pascatis, ascensionis, pen- l¹² thecostes, trinitatis, corporis Cristi, omnibus festivitibus beate Marie virginis, omnibus dominicis diebus, in omnibus festi- l¹³ vitibus apostolorum, omnibus angariis dictis diebus ad visitandam eandem ecclesiam reddantur, quadraginta l¹⁴ dies criminalium et centum venialium auctoritate omnipotentis dei ac beatorum apostolorum Petri et Pauli l¹⁵ confisi omnibus vere penitentibus et confessis concedimus et indulgemus nec non de iniunctis penitenciis in domino misericorditer l¹⁶ relaxamus. In quorum omnium testimonium presentes litteras dedimus et nostro pontificatus siggillo appenso roboramus. l¹⁷ Datum et actum quo supra.

^{a)} Initiale N, 1,4 cm hoch. – ^{b)} Minorum über der Zeile mit Verweisungszeichen. – ^{c)} Hier fehlt wohl episcopi. – ^{d)} A, statt in sinistra oder in sinistro latere. – ^{e)} sancti Bartholomei auf Rasur.

¹ Johannes Theodorici, Bischof v. Tripolitanus, Syrien, 1479-1488 als Weihbischof von Chur bezeugt. – ² Ortlieb v. Brandis, 1458-1491. – ³ Bendern, Gem. Gamprin.